

habet Teresia & Multa. Erat pectus thronus proprio cordi, pluribus carcer. Rupte Angelus lactio carcerem, pectoris; egritudine, seu potius erumpente flamma cordis, quae quidem cum corda inflammata attraheret; nec fuit illam, quod per vulnus certatim non introiret. Secum Teresia charitas, & zeli sublimitas habet Graciam. Attraxit pectora, & gratijs fecit vincula, ne fugerent nisi in caelum semel capta. Currit illa, & cum illa currunt corda. Eleuatur pernix columba in caelum, ut videat Sponsum; & illam, uti de Phoenice canit Claudianus v. 761.

Lamenera comitantur aves, stipatque volantem Altissimam suspensa cohors: exeretis ingens Obnubis vario latè convexa meatu.

DIDASCALIA X.

Iosephi de Virgine zelotypia insignis amoris nota.

Difficilis fide videtur assertio, cum sit dura sicut infernus amulatio. Sicut infernus? Utique. Qui mancipari inferni ignibus, sequentes & obsequentes cupiditibus, iudicantur felicitatem perpetuam, voluptatem haud fluxam; stipatam à tergo dolore, apparituro haudquaquam in vitæ sine. Promittebat iniquitas adamata gaudia, cui inbitò cedebat voluntas. Alliciebat rationem apparentia, quam ducebat sensualitas; ita ut totus homo nō aliud, nisi voluptatem amaret, ut tota toti firmitate responderet. Tandem tandem venit finis, & fidei voluptatis articulus; ac in flammis, qui stabant stipulatis, serò dicunt: Ergo erravimus. Hic infernus, igitur patere gaudia, gaudia ficta; amor lucens, niens flamma, blanditæ, illecebre; delectæ doli; amplexus, decipula voluntatis; oscula, insidie rationis, ubi magnitudini fidei nulla fides; verum lassati fumus in via iniquitatis, & perditionis, ambulantes vias vel amanti difficiles: patetque pectus infernus, dum amittit iniquitatis patet dolus; siquidem cor perpetitur infernum, ubi ad oblitum quo gratè pulsavit amor, ingratiè desperatus responderet dolor.

O quam aptè gratis dicebat David: Erupisti animam meam ex inferno inferiori! Ex inferno deorsum; quippe anima pati potest infernum fursim. Amor fatagit de singularitate; ut in uno floreat fide. Hinc Othio Vanius Amor. Emblem. 2.

Unum amat, enseri unum, unum ecce coronat,

Et reliquos numeros in pede calet amor.

In plures quoties rivos deducitur Amnis,

Fit minor, atque unda desiciente, perit.

Et in Canticis Sponsa: Dilectus meus mihi, & ego illi. Hic est amor, & oritur zelus, non quia diligens non diligitur, sed quia solum diligens, non diligitur solus. Ambit delictijs Sponsus Amantiam, cur eor creditur, cui voluntatem non diligitur, & consument studia, gratulans sibi de felicitate, quippe que sola placuit, conlat dignissima amore. Fidem exhibet obsequijs, sed illa non habet fidem. Singulare diligit; sed illa odit singularitatem. Gratus amore mulcet, verum illa non respondet, sed fastidit; vel hī responderet, offendit ingrata; quoniam voluntas in diversa diuisa. Elusa est Sponsi ratio, & voluntatis dilectio. Zelotypia oritur: quæ quidem inferno iurē confertur, quoniam formis doloribus cruciatur Sponsus, dum dicant intellectus & voluntas: Ergo erravimus.

Zelus exzelotypia, non potest esse dilectio, sed suspicio. Hispanice, Non reculos, y no zelos. Ita zelus, amantis voluntatis quit esse filius; sed noctus: igitur licet fateatur, quòd valet; valetudine languescit. Non est mortua, verum inacet moribunda; & proximam utriusque eiusmodi articulo, quòd expiret invalida dilectio. Ignè aliter, sed ita levis, ut igitur: ita remotus, ut algeat. Eclipsis est Solis amoris, & deliquium pectoris, vinculum mentis, phrenetis rationis; frigidus ignis, amor informis, flamma extincta, vel ad summam, ut canit Ovidius lib. 1. Metamorpb. fabul. 2.

Mista cum frigore flamma.

Flamma, haudquaquam ut voluntas fulgeat, sed ut ardeat: quandoquidem si flā zelus in ignitum amorem, totus amor redigeretur ad cinerem. Igne cremabitur ignis, & amor flammis irati sentiet amoris. Describit Seneca in Medea Act. 4. v. 848.

Præcepit amore saevo Rapitur, parat furore Vultus citatus ira.

Flagrant gena rubentes, Pallor fugat ruborem, Nullam vagante formâ Servat dia colorem.

Ut tigris orba gnatis Cursu furenti lustrat, Huc fert pedes & illuc. Frenare nescit iras, non amores. Nunc ira, amorque casum Iunxere. Quid sequatur?

Etiā est zelus ex amore, qui dicitur

Oth. Van.

Cant. 2. 16.

Dolor summus amoris zelus.

Zelus est zelotypia.

Ovid.

Effusus zelotypia.

Seneca.

Rapuit Teresia.

Clau.

Cant. 8. 6.

Iniquitas sicut ambiguitas.

Sapient. 5. 6.

Redunt pro voluptate dolorem.

Pf. 85. 13.

potest amoris lepor, vel irritamen amoris, dilectionis gratia, condimentum iruitionis, etenim sine illo vel insulsi tales. Qui vehementer amat, amat sic: alioquin Petro, Ioannis dignitati consentienti, minime diceretur: Quid ad te? Est ignis in igne, & flatus zeli vehementia crescit. Est tormentum, & delictum, vel delictiosum tormentum. Est valnus sed suave, quoniam fallax. Est spectrum in formidinem; sed ambitum, quoniam verax. Est mors, sed blanda: poena, exterum iucunda: cura, sed hilaris: amaritudo, sed daleis: sollicitudo, sed gaudium: sine dolore cordilium: dispositio ad ardentissimam febrem, qua cor alget, ut magis æstuet. Amor per se non habet fidem, creditur, si sollicitat in zelo fideiussorem, Scipulator pro redamatione, diligentis æmulatione; & tunc fidem commendat fideicommissio. Zelus est gnomon horologii pectoris; per illum videtur utrum ad amulatum diligentis motus cordis. Lux Solis magis lucida, si in aqua reflexa. Est numerus cum circulo, ac postposito, nihil significantes sed summam, quo magis multiplicatur, augente: cum ex unico illa momentum, ut ex nihilo crescat in milia millium. Haud aliter amor & zelus: nihil in ciphra zeli dilectioni additur, & amor præpositus usque in summum augetur. Non unda flammam opprimit, sed undam flamma mirificè accendit. Audi quem sup. v. 887.

Et hoc in ista clade mirandum accidit. Alit unda flammis: quodque prohibetur magis.

Magis ardet ignis: ipsa præsidia occupat. Multoties propter intensiorem flammam, per zelum in flamma fingitur languor; sed est amoris studium commendabilis: sicut Iupiter ut Ionem arctius ad se traheret, Platæam ardere cogitò finxit. Amor aliquando dormit, & immittitur zelus, ut evigilet, & resumat sagittas, ac mutuo aspirat in flammam. Unde Ovidius Amor. lib. 1. Eleg. 8.

Lingua iuvet, mentemque tegat, blandire, noctique.

Non bene, stollas prælia, durat amor. Alius est zelus, seu zeli sphaera, qua contendunt amor, & zelotypia, partes loventibus, & faventibus voluntatis fiducia, & rationis diffidentia. Hic articulus est eculens, ubi torquetur Sponsus; & sine eculi levamine, igitur in culeo poena excutitur confessione delicti, & hic quod referat cordis anxietas, recludit auctoritas. Suspria, quæ ab imo pectore, ut respiret, ducit dolor; gladio honoris ingularitatem pudor: & anima

Tom. II. Taut.

Zelus ex fiducia voluntatis, & diffidentia ratio mir.

Seneca.

lancinatur duro cruciamine, pressa magis in cordis dilatarione; etenim quoquo late-re comprimit amaritudo & in eloquio, & silentio. Nequit loqui, quod vel ipse desiderat ignorare. Graviter dolor urget, cui medicina nocet.

Venit amor gravius, quòd ferius: univimur Ovid.

Univimur & eorum pectora vulnus habent. Lamentatur Naso Epist. 4. Cæcum utique vulnus, cum non videatur in solamen exitus; quippe infirmitas parit, quem concepit dolorem: & quiritur pro remedio inficiari infirmitatem, ne honor evanescat, si causa pateat. Pōnit in pulvere os suum & levatur super se, & plus uritur, ubi magis ab igne removetur. Urter Scyllam & Caribdim navis nutat, vel infirmitate vacillat, fertur, quòd fertur illas & unda.

Quid anime titubas: Ora quid lacryma rigant?

Variamque nunc huc ira nunc illuc amor. Diducit. Accepit astus incertam rapit. Ut sava rapidi bella cum venti gerunt, Utrique fluctus maria discordes agunt, Dubiumque pelagus foret; band aliter meum Cor fluctuatur. Ira pietatem fugat, Inamque pietas. Cedit pietati dolor.

Seneca ubi supra v. 935. cecinit aliud: verum Chrylogos aliter proposito. Ioseph ille (inquit Serm. 175.) maritus solo nomine, conscientiam sponsus, prægnantem sponsam fluctuans & anxius intuetur; quia neque accusare innocentem, neque prægnantem poterat excusare. Tacere tutum non erat, erat loqui periculum. Admittit, non prodit erimina accusator insontis. Erat ipse testimonium castitatis, erat custos pudoris. Aliud moverat, aliud intuebatur: confundebat Virginitis fides, actus, & vita. In bivio mens iusta, & sanctus animus ancipiti cogitatione torquetur. Sintit, sed tantum non potest penetrare sacramentum; quia nec accusare poterat, & defensare penes homines non valebat. Cruciam summa turbatio, & in turbatione cruciamen ne vel verbo exprimeret turbationem. Ampliori causa, quia vera, dicere poterat cogitatio, quod Cephalus de Procide uxore, eodem articulo rerum, apud Ovidium lib. 7. Metam. Fabul. 26.

Chrysol.

Esse metus capit: nec iura iugalia coniux Non bene servasse, facies atasque iubeant, Credere adulterium, prohibebant credere mores.

Seneca.

Sed tamen abfueram. Cuncta timemus amantem.

Res est solliciti plena timoris amor, sed amulatio dura sicut infernus: vel quia

Cur di-rus, in quot?

Seneca.

Turbatio Iosephi de Virgine matre.

Chrysol.

Ovid.

Cant. ubi sup.



folus qui patitur potest dicere dolorem; vel quia dolorem nequit dicere, qui patitur. Si ita zelus, & ita zelo percutus animus; quo ingenio de Virgine matre zelotypia, fuit in Iosepho insignis amoris nota? Uteri vexillum iubebat sane credere adulterium; sed vel umbram criminis prohibebant credere mores. Nequibat illustria accusare innocentem, neque ratio poterat excusare pregnantem. Tacere non erat tutum, & loqui periculofum in custode integerrimi pudoris, & testimonio authentico calistatis. Testis erat oculus: sed testis verus & falsus, ostendente Iosepho fidei ampliozem demonstrationem; quoniam sensibus ullam haud dedit fidem.

7 *Pepigi foedus cum oculis meis, ut ne cogitarem quidem de virgine*: aptius quam à Iobo, poterat dici à Iosepho. Nota foedus pactum. Si foedus, inter sensus & sensum erat dissidium. Oculum videbat, intellectus contra quæ oculos videbat, de Virgine cogitabat: dirimiturque contentio, inter utrumque certantium percussio pacto: Virginem non accusando innocentem, nec excusando pregnantem. *Institutum est pactum* (ait Pineda hic, num. 4.) *ad rem per se difficilem stabilendam*. Res sane difficilis, quod negaret intellectus, quicquid astruebat oculus. Quæ profecto patent, haudquaquam habent fidem, sed agnitionem: & pactum est institutum inter sensus adversos, & intellectum; ut causâ difficultatis, causa insignis rutilaret amoris: quandoquidem contra sensum agnitionem; cogitatio servavit Virgini fidem.

8 *Cum oculis foedus, ut de Virgine minime cogitaret*. Quomodo cum oculis valet cogitatio pacifici, si ad oculos non spectat cogitatio? Vident oculi, non cogitant de obiectis, sed intellectus tantum cogitat de visis. Fidem facit oculus: & Iosephi cogitatio pacificetur cum oculis; ut nihil valeat oculorum fides. Uterus intumescibat, sensus foetum designabat, quod quidem humano more, nequibat fieri sine iniuria coniugalis thalami: & initur foedus, dum accusat oculus; igitur licitum nequam amori Iosephi (vel dum sensus evidentiâ pulsabat cogitationem) de Virgine tali nec cogitare quidem. Inventa est Virgo, mater à Iosepho, habens filium in utero sine Iosepho. *Et eo cogitante*: Quid? pepigit foedus cum oculis, ut ne cogitaret quidem de Virgine: quippe species ita adversa castitati, & innocentia; ut ipsa cogitatio obviaret cogitationi: minimeque consensum extorqueret, cui vel proponi non

Unde Iosephi amplior fidei de monstratio

Iob. 31. 1. Quomodo concordia in lite, adversus sensibus & ratione?

Pineda.

Nulla apud Iosephum oculis fides.

Moth. 1. 20.

licuit. Tantum non poterat penetrare sacramentum: & ferit Iosephum cum oculis pactum; ut sufficiat audacia accusationis, quouque arguatur pro tempore falsitatis: etenim dum zelus oritur ex amore, foveturque voluntate, & crescit flamma dilectio; de Sponse ingratitudine nec occurrit cogitatio.

9 Pulsat memoriam in eadem ad oculum causa, diversa omnino sententia. Scivit Iudas Thamar nurum suam pregnantem; sed nesciebat, se esse foetus auctorem. *Ecce post tres menses nunciaverunt Iudæ: Fornicata est Thamar nurus tua, & videtur uterum illius intumescere*. Maria post tres menses, quibus mansit cum cognata, inventa est habens in utero de Spiritu Sancto à Iosepho Sponse. Agnitus foetus, sed auctor incognitus. Iudas illico notitie icu excitavit sopitam iram, quoniam dormierat amor: *Produce eam, ut comburatur*. Iosephum occupavit ex oculorum ægritudine dolor, verum nec fastidit, nec combussit, nec dimisit, sed dumtaxat *dimittere voluit*. Cur ergo sicut Iudas, Iosephus eandem habens causam, non erumpit in iram, maximè cum cor procella honoris naufragum, sese alludit ad Syres sollicitudinem? Ille, quia vidit pregnantem, damnavit: hic verò minime damnat, & vidit. Distincta utuntur lege, in indistincta lite? Iure. Iudas non pepigerat pactum cum oculis, & admittit in iudicium oculos testes: Iosephus quia fecerat, non admittit iudicium testibus oculis.

10 *Causa clarior. Testis laborabat zelotypia, verum in origine zelotypiæ utriusque summa distantia*. Iudas habebat zelum, sed furoris: Iosephus zelum, sed virtutis. Ille fastidientis, hic amantis; & damnatâ in rogam festâ Thamar, Virginem minime criminosis arguit Iosephus; quippe ad litem dirimendam inter sensus & intellectionem, zelus ex amore neque visis præstat fidem. Perpende ex origine affectionum, diversam plenè iudicium. Iudas non vidit Thamar uterum tumescentem: *Nunciaverunt*. Iosephus invenit gravidam Virginem; ceterum hic sedet anxius sollicitarius, & tacet: ille murmure exandescit. Ecce palam zelus ex furore, & zelus ex nimia fide. Zelus ex offensa, & zelus ex zeli flamma: siquidem Iudas credidit, quod audivit: Iosephus autem nec credidit, quod invenit. Iudas irâ subscribit (ut igne ignis, & flamma compescat flammis) illam *produce*. Iosephus vero præ amore, *voluit dimittere*. Lucet differentia in zelotypia. Iudas pro vindictâ, & zeli furoris nihil cogitat de honore dilectæ:

Nec de ingratitude cogitatio.

G-nel. 38. 24.

Ibidem

Matthæ 1. 19.

Non creâ didit sem fibas.

Distat zelus amantis & adientis.

Iosephus zelotypus Virgini famam consulat.

verum Iosephus etiam in anxietate zelotypiæ consulit honori Sponse; quoniam zelus accusatus amoris igne.

11 Persecutores adhuc animos, ut cognoscatur quæ ex fonte dimanet zelus. Est zelus offensis, & zelus Amasij. Offensus habet zelum, sed zelum ex eam, orbâ lumine mente, ex oculorum lumine, in vindictam offensa tendente corde. Amasius habet zelum, sed vigilem, quoniam zelo non minuit, imò adaugeret dilectionem. Cæcum offensus, quippe amabat, sed iam non amat. Oculatum Amasius, quia etiam diligit, quod diligebat: & Iudas habens zelum, credit quoniam cæcus visus: Iosephus, quia oculatum habet, non credit oculis. Unde credere vel non visa; si patet zelus furoris; zelus micar amantis, nequam credere visis: igitur si amor offensus, quo ardet extinguitur; amor in zelo, quo extinguitur, ardet.

12 Divus Thomas, Zelum asserit procedere non tantum ex amore, sed ex intentione amoris. Ita 1. 2. q. 28. artic. 4. in corp. Quem sequitur Berchorius in *Reductor*, ubi dicit: *Zelus est amor excessivus, vel dolor de nimio amore procedens*. Hinc tantum crescit amor, quantum zelus crescit. In Iosepho de Virgine pregnantem hærebat cordi dolor, sed non removebatur à pectore amor. Navigat zelus amantis: ubi amor naufragus, zelotypiam patientis. Offensus zelotypia crimen affirmat, zelo. Amasius crimen negat. Ille vel dubia, asserit cognitionem: hic cognitionem claram credit dubia: & dubitat solummodo obiecta evidentiâ cognitionis; in zelota est excessus charitatis. *Inebriemus patrem nostrum vino*: dixere, ut sæpe vidimus Lot gnata. *Vino*. Iure: quippe anima sæpe inebriatur amore. Hic cæcitas communis, quippequam amor verus ratione caret; sed adhuc restat nobilior, dum modum nescit. Est differentia, & in fide cordis summa. Anima inebriatur amore, etiam inebriatur amoris anima: & dicant filii Lot: *Patrem inebriemus vino*; siquidem amor inebriatur incendio. Inebriatur anima amore, ubi credit, quæ non videt: sed amor inebriatur amore, ubi contra visa credit.

Licit in Iosepho de statu Virginitatis dolor, non abfuit amor. Gen. 19. 31.

Qualis ebrietas amoris?

D. Tho. Fides amoris si credit, quod videt, quod credit.

iudicent sibi notis evidentiâ obijciunt argumentum: verum fides negat evidentiâ oculorum: & præstat in Eucharistia (ubi ostenditur Christi ardor amoris flagrantis) anime suscipientis maxima fides; quoniam dum aliena specie Christum in pectore suscipit, minime credit quæ videt, sed quæ credit.

14. Intelligitur modò, Cur hoc venerabile præ cunctis sacramentum dicitur *Mysterium fidei*. Cuncta sacramenta arcana, at in hoc sacramento fidei summa. Fidei argumentum est rerum non apparentium: in Eucharistia aliud apponitur argumentum; quippe fides de non visis, hic exponitur contra visa, & obiectum huius sacramenti contra luminum obiecta. In alijs sacramentis creditur, quod non videtur: in hoc sacramento creditur, adversum quod videtur. Derogat fides sensibus demonstrationem, ut assensus astruat fidem: extolliturque iurè inhumummodi sacramentum, ad fidei summam; quippe qui Christum hic in pectore suscipit, contra quæ videt, intelligit.

15 Patet igitur speculum zelotypiæ Iosephus, vel zelus ex amore excessivo, sive in zelo fidei amoris maxima demonstratio. Vidit uterum coniugis grave. Hæret? Adhuc permanet in fide. Aliud novit, aliud videt. Aliud vidit, aliud credidit. Nec poterat moribus accusare, nec gravidam iurè defendere. Torquetur cogitatione accipit, & prævalet amor in ipsa cogitatione: igitur credit quæ non intelligit, intelligendo quæ vidit. Signa uteri nec simulam relinquere exculationi, quoniam nec dubium de signis. Oculi peritabant testes, & simul iudices de accidentibus sibi notis, & omnino deceptionis immunes. Si non decepti, Virgo planè obnoxia crimini. Fortis angustia! Non erant convenientia testimonia. Hac autem eo cogitante, præ vehementia amoris, repulit oculos uti falsos testes, & vel in notis suspiciosos iudices. Sensus affirmant, fides suspicite negant. Oculi signant demonstrabile quod videt; sed amor nimius excludit demonstrationem. Vel in Apodixi dubitat, de excessu tantum charitatis cogitat. Credere quod non videtur est fides, & amotis rutila flamma. Credere adversum quod videtur, excessus amoris & fidei summa. Haud æque responderet amoris Virginis nisi excessu amoris: & ut in obsequio Sponse micaret dilectionis vehementia: Sponsus videns Virginem pregnantem, credidit & contra visa. Illudusque contrarie maternitas & virginitas. Ipse Iosephus erat testimonium castitatis, & etiam contra accidentibus

1. Tim. 3. 9.

Fides maior contra visum.

Iosephus repulit oculos, ut testes falsos foret.

Fides amoris ostendit eximia fide.

pium;



num: & cogitavit de Sponsa factu, sicut ipsa cogitaverat de modo. Cogitavit, at in cogitatione excessum amoris cor in Sponsam ostendit: siquidem patet ultra vulgarem amorem, nolle cognoscere, quod cognoscit; & velle sine exemplo intelligere, quod non intelligit. Ecce anima inebriata amore summo, & etiam amor inebriatus incendio.

16 Audiamus modam demonstrationis à Paulo, quem ita format singulari stylo. *Adversus scientiam in captivitate redigentes intellectum in obsequium Christi.* Haud dicit, quod amantes subijcimus voluntariam potentiam, sed intellectivam. Brevi amoris summa. Amare propter amorem, est voluntatis affectio. Amare propter cognitionem, est causa, aut amoris ratio: sed amare redigendo propter amorem in captivitate intellectum; est amare adversus rationem, quam exponit intellectus ad non amandum: & captivare rationem adversus idem, quod cognoscitur ratione in fallidum voluntatis; vel in Amasio cæco maxima fides. Prostrernere amori voluntatem, in amante non utique magnum: semperque leve, ni intellectum captivet in obsequium.

Uterâ. Ratio in mysterijs ita arcana, ut tantum cognoscatur, quod incognita: igitur si accedit humana sapientia; uti humana, est stulticia. Sublimis ab intellectu probatur, quia non cognoscitur. Species quas ministrat vigil oculus, deficit fide illustratus intellectus: qui quidem minus ostendit obsequium, dum adversus scientiam patet humani studium: igitur sequitur rationem, quam nescit; & deserit rationem, quam non cognoscit.

17 Aliter. Adversus sensus est ratio, que nonnumquam in iudicium informat à sensibus. In scientiam sensuum militat fidei scientia. Proponuntur à sensibus effectus communes, qui quidem per inconcussam naturam validæ demonstrationes. Species impressa, que intellectum ad intelligentiam movet, movendo intellectum fallit: & etiam urget in credulitatem, quippe eius quod fide cognoscit, intellectus quoad quid sit, non habet speciem. Contra id quo sensus intellectum informat, mysterium pugnat. Hoc intellectus non intelligit, illud sensibus cognoscit: & mirum sane, quod obliviscatur demonstrationis, quam coram oculis habet; & prædemonstratione habeat, quod non cognoscit. Amor cogitat fidei obsequi, dum sentus recusat sequi. Videt & aliter sentit; quippe credit contra que oculus apertissime videt. Liber esset, si sensuum sequeretur

officium: & intellectum captivum facit in fidei singularissimum obsequium; igitur amoris vehementis summa, dum ratio dicit, quod evidentiâ falsa. Vide quæ diximus Tom. 1. Taut. 3. Didasc. 4.

18 Pro fide amoris in zelo Ioseph proponitur virtus Fides. Dedit uti Sponsus Virginis merito voluntatem, & ut flagrantior esset, in vincula detrussit etiam rationem. Oculi arguebant, & quod argumento intenderant, sine distinctione probabant: verum Ioseph naturali rationi respondet rationis captivitate. Si ratio, quam nescit, zelo amoris, sine typo zeli redigit in captivitatem intellectum, uti pectus amet; amor erit vehementior, flamma vividior: igitur diligit adversus id, quod scientiâ ratio cognoscit.

19 Consideremus articulum. Obstupuit Ioseph facta Virgine: sed *Hæc eo cogitante, ecce Angelus Domini apparuit in somnis Ioseph.* Noticiâ oculorum cogitabat, & non cogitavit, postquam somno oppressus quievit. Quæ in somnijs, sunt phantasmata: ideo dicuntur somnia. Quomodo igitur quievit cogitatio, dum relictionum oculorum nequibat eurare, quæ in somnijs visio? Summe distant quæ videntur in somnijs, ab his quæ oculis videntur: & Ioseph quievit in somnijs, non quiescens, nec acquiescens visis; quippe ipsam ex oculis intellectionem reddidit pro obsequio Sponsæ in diram captivitatem: quandoquidem illi vehementer amanti visum somnium, somnium visum. Hispan. *Tuvo à la evidencia por sueño, al sueño por evidencia.*

20 Inquires modò, Cur vigili Sponsæ coniugi Ioseph Angelus apparuit, & Sponso in somnijs; dum intendit facere arcani summi participes? *Missus est Angelus Gabriel à Deo ad virginem desponsatam viro, cui nomen erat Ioseph de domo David: & nomen virginis Maria.* Hæc inter feminas benedicta concepit, uterus intumuit, Ioseph cognovit, & ut quid esset, cognoscet; in somnijs viro Virginis apparuit, Quare non apparuit utroque vigili, vel utroque dormienti? An quia à Virgine fides, consensusque requirendus? Argumentum fortius: licet Ioseph non requiratur ad factum consensus, requiritur fides, quæ quidem importat assensum intellectus ad illud quod creditur cum certitudine; ut dicunt Scholastici cum D. Thom. 2.2. q.4. art. 1. in corp. Qui dormit non habet assensum, quare igitur ad fidem stabilendam, Angelus Iosepho dormienti apparuit? Deinde. Qui dormit, non intelligit. Ut Iosephus intelligat apparet

Ioseph in zelo, propter amorem Sponsa oblitiscitur, quod recordatur.

Matth. 2. 21

Habuit visum somnijs, somniâ visum.

Luc. 27.

Cur Virgini Angelus app. paruit vigili, & Iosepho dormienti.

D. Tho.

An.

Is. Cor. 10. 5.

Captivare rationem maximam fidei.

Quomodo captivare.

Videi vicina, quas uti falsa cognoscitur sensuum evidentiâ.

Angelus, qui cœlestia nunciat; qua lege Iosephus certitudinæ credit, dum ita dormit? Quia intellectum in captivitate officiosè redegit: igitur pro demonstratione amoris, & fide de fide Virginis; satis Iosepho amanti, ut possit intelligere, intelligi intelligere non posse.

20 Vigil intelligit, & non intelligit, quippe non assentit, nisi contra que videt. Dormiens, non intelligit, & intelligit; quoniam quiescit simulac Gabriel apparuit: & apparet in somnijs cœlestis visio, ut fidelis Ioseph contra visa cogitantis, apparet demonstratio: igitur cognoscens quievit, & dormiens alie cognovit; ut haberet evidentiam oculorum, uti veram & fallam, & visionem in somnijs, apodixim, veritatis evidentiam. *Sufficiebat Iosephum moneri in somnijs: ait Chrysolomus Homil. 5. in Matth.* Sufficiebat amanti, quippe fide datâ, frangi, illi videbatur impossibile. Contraria ostendebat oculus: sed quousque sciret vel somno, cogitabat, & non amplius.

21 Inlige amoris profectò obsequium in zelo amoris dignoscitur: quandoquidem quod amor in zelum recordatur; propter zelum obliviscitur: & Virgo Sponsa quo cogitationem Sponsi expulit, magis attraxit. Placide sese offert in propositum zeli, querela Sponsi; quæ par in Ioseph cordis flamma, facta Sponsa. *Vulnerasti cor meum in uno crine.* Id est, ut vidimus *Didasc. præc.* in una cogitatione. Quod quidem aptè cadit, graviditatem Virginis Iosepho cogitante. Alij legunt: *Excordasti: Cor rapuisti.* Coniuges virgines vocabantur sorores, ut notat Liplius lib. 3. *Var. Lect.* cap. 1. & de lunone, privilegio Iovis semper

virgine, canit Ovidius lib. 3. *Metam.* Fab. 3. *Sceptra tenere decet, si sum regina, Iovisque Et soror & coniux, certè soror.*

Vulnerasti Sponta virgo cor in una cogitatione, & excordasti. Quo pacto cor rapitur, dum percutitur? In zelo quo altius figurat amor. Vidit Ioseph Sponsam gravidam, & cogitatio emisit in cor sagittam. Quò magis cogitabat, cogitatio intimius telum figebat; ne cogitaret virginem, quam agrè videbat matrem; verum lancea Achillea quæ fecit, vulnus sanavit igitur cor rapuit à Iosepho, quo cor percussit, dum referato divio mysterio (cuius ignorantia vulnerata cogitatio) in fidei Sponsæ commendationem, quam cogitavit matrem, coluit Sponsus integerrimam virginem. Felix vulnus quo cor rapitur! Felix sagitta, qua cordis amor vulneratur, & figurat! Amare sic, non est zelus; sed cum zelo amor expiimus. *Zelo zelatus est Elias.* Amore Ioseph zelatus. Ille erat offensus, hic Amasius: & zelo zelatus, quoniam recesserat à fide; sed amore zelatus, quippe nunquam recessit ab amore. Quam dolens utique zelus; dum quo pulsus, amat attractus! Qui verè amor, semper amat.

— *Per densas flamma favillat aquas.* Canit Propertius lib. 2. *Eleg.* 1. Non semper zelotypo sunt in amore mala: igitur zeli vehementibus flammis, scintillat & longè fervor amoris. Qui quidem (retorto alioi argumento, acumine Ovidij lib. 9. *Metam.* Fab. 5.) vel nesciens cogitabat non esse humanum, quod latebat Sponsum: Virgo igitur

— *Quodque ferebat, Tantum erat, ut possit auctorem dicere tecti Ponderis, esse Iovem.*

Cognovit, non posse cog nescere.

Vel somno à cogitatione quievit.

Chrysol.

Cant. 4. 9.

Nomen sororis pro nomi ne virginis.

Virgo facta sacro, quo Sponsa si cogitationem percussit, sanavit.

Propert.

Ovid.

